

LIBER PRIMVS.

29

torum, qui ingenti magnitudine corporū Germanos
incredibili uirtute, atq; exercitatione in armis esse præ
dicabant, sepe numero sese cum his congressos, ne uul
tum quidem, atq; aciem oculorum dicebant ferre po
tuisse, tantus subito timor omnem exercitum occupa
uit, ut non mediocriter omnium mentes, animosq; per
turbaret. Hic primum ortus est timor à tribunis mili
tum, ac præfectis, reliquisq; qui ex urbe amicitia cau
sa Cesarem sequuti, (non magnum periculum misera
bantur, quod) non magnum in re militari usum habe
bant, quorum alius alia causa illata, quam sibi ad pro
ficiscendum necessariā esse diceret, petebat, ut eius uo
luntate discedere liceret. Nonnulli pudore adducti, ut
timoris suspicionem uitarent, remanebant. Hi neque
uultum fingere, neq; interdū lachrymas tenere pote
rant, abditi in tabernaculis, aut suū fatum quereban
tur, aut cum familiaribus suis cōmune periculum mi
serabantur: uulgo totis castris testamenta obsignaban
tur. Horum uocibus, ac timore paulatim etiam hi qui
magnum in castris usum habebant, milites, centurio
nesq; quiq; cōtuitui præerant, perturbabantur. Qui
se ex his minus timidus existimari uolebant, non se ho
stem uereri, sed angustias itineris, & magnitudinē syl
uarum, que inter eos, atq; Ariouistū intercederēt, aut
rem frumentariā, ut satis cōmode supportari posset, ti
mere dicebant. Nonnulli etiam Cesari renuntiabant,
quum castra moueri, ac signa ferri iussisset, non fo
re di

Romanorum
trepidantia.

() Quædam
exemplaria
non habent.